

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 2: De aliis peccatis Caput 18: De sequela dyaboli (8)

Idem (Bernardus):

Non est iniquitas super iniquitatem tuam homo miserabilis et cecus,  
qui iuras et periuras pro parva pecunia dyabolo das animam tuam,  
quam Christus pretiosissimo sanguine redemit,  
destruis proximum negas Christum perdis vitam eternam,  
abrenunctias deo vivo et mortem sempiternam acquisiris,  
melius tibi esset, si natus non fuisses,  
quia in die iudicii negabit te veritas,  
quam negasti accusabit te conscientia,  
quam cecasti condempnabit te Christi sanguis,  
quem contempsisti lavabit in sanguine tuo manus suas proximus.  
Vnde dicit Psalmus: Letabitur iustus cum viderit vindictam,  
manus suas lavabit in sanguine peccatoris.

[fons nondum repertus]